

## CARMINA EX LIBRO: SOMNIUM OMNIUM

Georgio Seferis s.

### 1) Amoenitas locorum Athenis

Supra cacuminibus cupressorum  
nigrarum in luce solis lucentium  
undae argenteae nubium  
velis albis navigantes  
  
Effulgentes undae  
mox evanescentes  
ut luces et umbrae  
  
Undae ut modesti liberi  
matrem defunctam deplorantes  
  
Admiratione cupressi stupescentes  
oculis nunc nigris  
crepusculo timorem inicientes  
et stellam vespertinam terrentes illam  
supra cacuminibus splendentem.

(Athenis, m. aprilis 1938)

### 2) Duo flores

Atrum mare et devia navis  
asportantes nautam frustra vocantem  
frustra acclamantem  
piam longinquam matrem  
  
Atrum mare et navis devia  
Morti donum mox dono  
donare desiderantes:  
duos flores purpureos  
nautae oculos caeruleos!

### 3) Amicus cicada

In misera maestitia  
silentium triste  
O ubi est illum carmen citharistae  
amicci mei in pinu cicadae?

**4) Tres cantiunculae de asino amico meo**

Asellus vetus in umbra cupressi  
solus susurrantem pinum audit.

Asellus in sole  
fatigatus aetatis mole  
memorans tantorum annorum  
mirans herbam floridam  
sine dentibus nunc desiderat  
cicadam etiam ei cantum canere  
O viator

num possis hoc credere?

●  
Asellus vacuus ver sentit  
in ossibus et in corde  
at amata eius  
tantum semel visa  
in pago possessio divitis  
inimici eius domini.

●  
Hic oblitus asinus vetus  
sicut in aristis floridus papaver  
in sole spectat ille pauper  
soporatus ab omnibus separatus.

At Mors veniet placida  
porrigens ut quondam in aestate calida  
noctem stellis plenam  
cum manu sua humida.

Et ille pauper carpet viam  
illam herbis roscidis plenam . . .

**5) Abyssi carminum**

Tam splendentes caesaries tantarum arborum  
tam nitentes in sole aspectantes  
trementes ventum venturum ex sinu montium  
ex gremio invisibilium fontium  
sonorum  
plenorum verborum Mortis  
iter carpentis.

O  
tu viator  
cor suum disce dicere  
die labente :

Si omnia fluunt sicut undae fluminum  
pulchritudinem ama secretam  
quam cum luce canunt  
abyssi nostrae carminum ...

## 6) Epitaphium Ursulae

Mortua

mortua

amica nostra pauper Ursula  
Vidua famosa post tot mortuos liberos  
misera paupertate relictia in casa  
in cuius mensa semper panis durus cum aqua  
in vitro splendenti pro ea et amicos  
et amicas caras erat.

Mortua

mortua nostra misera Ursula  
nunc profecta in parva cuillula  
at memoriam eius tenet nunc  
cordis nostri florida urnula...

